Klosterneuburg, Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



55

lexi et exercebor in iustificacionibus tuis Gl ia p. prim

Memor esto verbi tui servo tuo in quo mihi spem
dedisti Hec me consolata est in humilitate mea quia
eloquium tuum vivificavit me Superbi inique agebant
usque quaque a lege autem non declinavi Memor fui
iudiciorum tuorum a seculo domine et consolatus sum Defecit me
tuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam Can
tabiles mihi erant iustificationes tue in loco peregrinacionis
mee Memor fui in nocte nominis tui domine et custodivi le
gem tuam Hec facta est mihi quia iustificaciones tuas ex
quisivi Portio mea mea domine dixi custodire legem tuam
Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo miserere mei
secundum eloquium tuum Cogitavi vias meas et convertit pedes
meos in testimonia tua Paratus sum et non sum turbatus
ut custodiam mandata tua Funes peccatorum circumplexi
sunt me et legem tuam non sum oblitus Media nocte surge
bam ad confitendum tibi super iudicia iustificacionis tue Par
ticeps ego sum omnium timentium te et custodientium man
data tua Misericordia domini plena est terra iustificaciones
tuas doce me Gl ia p. Sicut Psalmus.

Bonitatem fecisti cum servo tuo domine secundum verbum tuum
Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me quia
mandatis tuis credidi Priusquam humiliarer ego
deliqui propterea eloquium tuum custodivi Bonus es tu
et in bonitate tua doce me iustificaciones tuas Multi
plicata est super me iniquitas superborum ego autem in toto corde
scrutabor mandata tua Coagulatum est sicut lac cor
eorum ego vero legem tuam meditatus sum Bonum mihi
quod humiliasti me ut discam iustificaciones tuas Bonum
mihi lex oris tui super milia auri et argenti Manus
tue fecerunt me et plasmaverunt me da mihi intel